

Para que la noción de la *Teoría* sea completa, es preciso tocar un problema que no carece de gravedad. Reducida a sus elementos esenciales, es la *Teoría* "la contemplación de los misterios en los hechos". Pero ocurre preguntar: ¿esta contemplación de quién es? ¿es del autor inspirado o del lector? ¿del profeta que escribe los hechos o del apóstol que los interpreta? A esta pregunta responden los doctores antioquenos que siempre es del profeta, aunque, claro está, no exclusivamente. De ahí se sigue que, expresándose en la letra misma de la profecía esta contemplación de los futuros misterios, el sentido superior de la *Teoría* cae de lleno dentro de la esfera del sentido *literal*. "Sensus messianicus, si quidem sic explicetur, dici debet *litteralis*", escribe el P. Vaccari en el sumario de su artículo (p. 4) y lo explica luego ampliamente (p. 28). Semejante concepción destruye, como se ve, la distinción tradicional entre el sentido literal y el sentido típico: de la letra el primero, de las cosas en sí mismas el segundo. No entra en nuestro plan discutir este problema: nos basta haber insinuado su gravedad. Para concluir, sólo advertiremos que una cosa es la definición de la *Teoría* y otra muy diferente la interpretación que le daban los maestros de la escuela antioquena. Podemos rechazar la interpretación, admitiendo la definición, que puede dar mucha luz sobre las profecías típico-mesiánicas del Antiguo Testamento.

JOSÉ M. BOVER.

Aalbeek (Holanda).

NOTAS Y DISCUSIONES

Sentencia de Maldonado sobre el sacerdocio de los Apóstoles

Exponiendo el Sumo Pontífice, Pío XI, felizmente reinante, los beneficios que en este año santo debemos conmemorar, enseña a los fieles con estas palabras:

Placet heic, ad omnium utilitatem, divinorum eiusmodi beneficiorum seriem vel breviter repetere, e quibus is etiam, quo fruimur, quoque gloriamur, effluxit civilis veri nominis cultus: institutam primitus in "Coena Domini" sacrosanc-

tam Eucharistiam, ac singulis impertitam Apostolis, qui sacerdotali ordini per ea verba initiantur: "Hoc facite in meam commemorationem"... (Acta A. S., XXV (1933), 6.)

Si ya antes en las palabras del Concilio Tridentino, ES. 938.949, no veía alguno la sentencia de que los Apóstoles recibieron el orden sacerdotal del Nuevo Testamento en la noche de la última cena al decir Cristo: "Hoc facite in meam commemorationem", seguramente tampoco la verá en las palabras del Romano Pontífice que hemos subrayado. Sin embargo, los comentadores del documento pontificio han recibido esas palabras en su sentido obvio, considerando aquella noche como el tiempo en que fueron ordenados los Apóstoles sacerdotes, según el orden de la Nueva Ley.

En esta Revista, hablando del Concilio Tridentino, habíamos sostenido como cierta esa sentencia, sin atrevernos a conceder que la doctrina contraria tuviese como cierto representante un teólogo tan ilustre como el P. Juan Maldonado. Sin embargo, parece cierto que este teólogo fué de esa opinión. Un rincón del Comentario a S. Marcos, 6,13, nos lo muestra suficientemente:

At tunc, inquit nonnulli, nondum Apostoli sacerdotes erant et non poterat sacramentum ab aliis dari quam sacerdotibus, et illi ipsi non baptizatos tantum, nec solum moribundos aegrotos, sed omne aegrotorum genus, caecos, mutos, debiles et claudos ungebant; sacramentum autem unctionis nec nondum baptizatis, nec aliis quam moribundis dari poterat.—Miror quosdam auctores tam levi ratione in re tanti momenti a vera communione sententia disidere et Christo legis auctori legem imponere. Potuit enim qui legem tulit, pro suo arbitrio lege uti. Nam et ut soli sacerdotes baptizent, nisi aliud necessitas postulet, praeceptum est Christi qui solos iussit Apostolos baptizare, et ex illis ipsis unus D. Paulus affirmat, se non ad baptizandum sed ad evangelizandum missum esse, et legimus tamen Apostolos, antequam sacerdotes facti essent, baptizasse. *Haec dicimus non necessario; si enim velimus summo uti iure, unde isti auctores probant, nondum tunc Apostolos fuisse sacerdotes? Scio, vulgarem esse sententiam, sed incertam tamen esse.* Qua enim ratione docent, Apostolos aut nondum baptizatos aut omnis generis aegrotos unxisse sine ullo discrimine, cum nullo id Scripturae exemplo probare possint et nos exemplis possumus probare contrarium? Nam certe Petrus claudum illum non unxit, quem ad portam templi sedentem curavit.

(Ioannis Maldonati, S. I. theologi Commentarii in quatuor Evangelistas... edidit Dr. J. M. RAICH, Moguntiae, 1874.)

Todos saben que el texto de Maldonado fué revisado por mano ajena (cf. Joseph HUBY apud Recherches, 1913, p. 97-108). Las palabras subrayadas se omiten en varias ediciones, por ejemplo, la

de "Lugduni. Sumpitibus Horatii Cardon. MDCVII", col. 799. Pero en las buenas ediciones se conservan dichas palabras. Por esto y por coincidir sustancialmente con las palabras de los tratados sobre los sacramentos, de origen más o menos perfecto de Maldonado, creemos que razonablemente se puede y debe atribuir a Maldonado la sentencia que esas palabras propugnan.

¿Pero es admisible en la teología católica una sentencia que niega la ordenación sacerdotal de los Apóstoles en la noche de la última cena? Con todo el respeto debido a teólogo tan esclarecido debemos decir que esa sentencia no puede sostenerse, puesto que contradice las palabras con que se expresó el Concilio Tridentino, y esto no hablando de paso e incidentalmente, sino con muy expresa deliberación y contra la fogosa contradicción de algunos padres conciliares. No hay por qué repetir los documentos que prueban nuestro aserto, puesto que ya fueron aducidos en esta Revista. Pero permitásenos aducir uno que creemos inédito.

El portugués Jorge de Atayde fué haciendo también su diario del Concilio, según se iban celebrando las congregaciones y sesiones de la tercera época. Se conserva el diario en latín en Lisboa, Biblioteca de Ajuda, Cod. 44-XII-20, y una traducción al portugués en la Biblioteca Nacional de la misma ciudad. Después de referir los diferentes trabajos de los PP. conciliares llegamos a la víspera de la sesión pública por la tarde: tres padres solamente faltaban en la Congregación; todos los decretos fueron leídos y aprobados. Pero una voz protestó: la del Sr. Arzobispo de Granada, D. Pedro Guerrero:

[fol. 353v]. Lectis his decretis Reverendissimus P. D. Petrus Guerrerius. Archiepiscopus Granatensis facultatem petiit ad loquendum et quia iam sero erat Illmus, et Rmus. Cardinalis de Mantua dixit illum in Congregatione vespertina loquuturum... [fol. 354r]. Feria quarta decima sexta Septembris M.D.L.XII hora quarta post meridiem habita est... centesima octava Patrum Congregatio... [fol. 354v]. Omnibus satisfactis, Rmus P. D. Petrus Guerrerius Archiepiscopus Granatensis petita obtentaque ad loquendum copia dixit, se pro conscientiae suae exoneratione sacrum Concilium non posse de eo non monere quod tertius videlicet canon de sacrificio missae in sessione non publicari, sed in id tempus differri debebat, quando de ordine ageretur eo quod eius tunc locus esset praecipuus et principalis atque interim maiori cum diligentia multae antiquorum Patrum auctoritates considerarentur qui asserebant ex sequentibus verbis, videlicet (Hoc facite in meam commemorationem) non constare Christum suos discipulos sacerdotes instituisse, quamquam evidens res erat suum pretiosissimum corpus et sanguinem consecrandum illis potestatem dedisse. Ad hanc sententiam confirmandam S. Dionysium Areopagitam citavit in 3º li-

bro de eccā. Hierarchia, necnon quoddam illius vetus commetarium aliasque antiquorum Patrum auctoritates, quae a Patribus male quidem audita et peius ab illis receptae fuerunt qui contrariam partem tuebantur, inter quos tantus tumultus, qantus nullus unquam alius hucusque fuit in hoc sacro Concilio, suscitatus est. Quo parumper quieto et tranquillo Rmus. P. D. Bartholomaeus de Martyribus archiepiscopus Bracharensis dixit se in [fol. 355r] eadem esse sententia cum Rmo. Archiepiscopo Granatensi atque ad eam probandam S. Thomam allegavit 3^a p. q. 82, a. 1 in corpore, cumque maior undique tumultus excigaretur, magli. serenissimae Venetorum Reipublicae, quoniam nox erat ipsique aetate senili erant confecti, venia consequuta domum petierunt. Tunc Rmus. P. D. Martinus de Corduba de Mendoza ordinis Praedicatorum episcopus. Dertusensis, a loco suo descendens ad Rmi. episcopi Secretarii mensam accessit, ubi stans legebat S. Thomam in 3 p. q. 82, art. 1, qua "auctoritate probare nitebatur contrariam partem eius quam Rmus. Archiepiscopus Granatensis assererat, et cum tumultuari adhuc Patres non desisterent, curarunt Illmi. et Rmi. Legati, ut pauxillum acquiescerent. Tunc Illmus. et Rmus. Cardinalis Warmiensis, absente quidem Illmo. et Rmo. Cardinali Seripando, secundo Legato, dixit Patribus. Verum esse Christum in coena nec discipulis suis nec sacerdotibus sui corporis mystici, hoc est, Ecclesiae, sed tantum corporis naturalis potestatem dedisse ut suum videlicet sanctissimum corpus et pretiosissimum sanguinem consecrarent, quam potestatem eis contulerat his verbis (Hoc facite in meam commemorationem) adducens aliquas antiquorum Patrum auctoritates. Cui cum respondere suscepisset Rmus. Archiepiscopus Granatensis, crevit tantum rumor et discordia inter Patres ut quamvis Illmi. et Rmi. Legati surgerent et starent, sedare tranquillamque reddere minime possent; iam enim hoc tempore Patres indignationis fervore extra sua loca deambulabant. Quod cum Rmus. Archiepiscopus Granatensis videret, licentiam petiit eaque consequuta [fol. 355v] mox abiit et satis difficiliter tumultus ille placatus est. Tunc Illmus. et Rmus. Cardinalis de Mantua primus legatus dixit Patribus ut sententias dicerent per Placet et Non placet, utrum placeret necne dictum tertium canonem in sessione die sequenti celebranda publicare? Et cum vota ad Rmum. P. D. Martinum de Ayala episcopum Segobiensem pervenissent, volente quidem ipso (eo quod eiusdem esset sententiae Rmi. Archiepiscopi Granatensis) opinionem suam rationibus et auctoritatibus diffuse probare nonnulli qui partem adversam defendebant indignati sunt petebantque Illmis. et Rmis. Legatis istorum unum: aut illis prolixè etiam loqui permitterent, aut Rmo. episcopo Segobiensi loqui per Placet vel Non placet mandarent. Petitionem istam mirum in modum postulantes adipisci conabantur, ita ut Illmus. et Rmus. Cardinalis Simonetta quartus legatus surgeret, qui stans dixit Patribus ut tacerent tranquilloque animo essent quoniam si Deus vellet die sequenti tertium canonem publicari, velit nolit Rmus. episcopus Segobiensis Patres sententias non mutatueros. Sic quiete usque ad finem votum suum et eodem modo coeteri vota sua pacifice sunt prosequuti. Ferme omnes tertium canonem simpliciter approbarunt, volueruntque ut die sequenti publicaretur. Nonnulli dixerunt non esse ponendum huiusmodi canonem, quandoquidem nulla erat antiquorum Patrum clara et aperta doctrina, superfluumque esse poni, quoniam nulla erat circa hanc materiam haeticorum adversatio aut contradictio. Aliorum vero sententia fuit quod tametsi sibi per-

suadebant Christum illis verbis [fol. 356r] suos discipulos sacerdotes instituisse, eis tamen hunc canonem in tempus in quo de ordine ageretur prorogandum esse videbatur, tum quia principalior ille locus erat, tum etiam quia haec materia a theologis discussa et disputata nondum fuerat. Et cum omnibus his utrimque controversis quaestionibus agitatis finita fuit haec congregatio hora secunda.

De manera que el Sr. Arzobispo de Granada y los que le seguían aceptaban la diferencia entre la facultad de consagrar (que decían haber sido concedida en la última cena) y la facultad de ofrecer o facultad sacerdotal (que deseaban se remitiese al tratado del orden). Claramente se ve que la mente del canon y la del Concilio es que por las palabras: "Hoc facite in meam commemorationem" se confirió el sacerdocio a los Apóstoles. El canon también añade la perpetuidad del sacerdocio, lo cual bien claro está diciendo de qué se trata. De este modo no es admisible la opinión de Maldonado, por ser contraria a la sesión 22 de Trento, y también lo es a la sesión 14 el Comentario que hace a S. Marcos, 6,13, como ya notaba Raich.

Comillas, 15 de agosto de 1933.

M. ALONSO.
